Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



lacci · pedum gentilis · sed moyses quienam homo mensuratur
sup omnes homines accepit consilium superioris · ut et for
mam humilitatis populo principibus daret · et
futuri sacramenta designaret imaginem · Sci
ebat enim futurum quandoque · ut gentiles bonum
consilium proferrent apud moysen · ut bonum et
spiritalem intellectum adferrent ad legem dei ·
Et sciebat quae audiebat eos lex · et faciebat omnia si
cut dicunt · Non potest enim facere lex sicut iu
dei dicunt quae infirmata est lex per carne · id est in lit
tera · et nihil potest secundum literam facere · nihil
enim ad perfectum adduxit lex · Secundum hoc autem
consilium quod nos ad ferimus ad legem · possunt
omnia spiritaliter fieri possunt et sacrificia
spiritaliter offerri quomodo carnaliter non possunt ·
Potest et lex lepra spiritaliter seruari quae
secundum literam non potest · si ergo quomodo nos
intellegimus · quomodo nos sentimus · et consiliu
damus omnia fecit lex · secundum literam autem ·
non omnia sed admodum paucae · Post haec autem
cum profectus esset ab horo et uenisset moyses
ex iraphidin in desertum syne · ibique in co
lumna nubis discendisset dns ad moysen · ut
uidens populus crederet ei et uerba eius audiret ·